Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9083
Copyright: Melk, Benediktinerstift

communis sententia doctor. Omne quod est ad bonum tendere. Omne autem tendit ad simile. Que igitur ad bonum tendunt. bona ipsa sunt. sed quem admodum bona sint inquirendum est. Utrumne participatione an substantia. Si participatione. ipse ipsa nullomodo bona sint. Nam quod participatione album est ipse in eo quod ipsum est album non est. & de ceteris qualitatib. eodem modo. Si igitur participatione sunt bona. ipsa ipse nullomodo bona sunt. Non igitur ad bonum tendunt. sed concessum est. Non igitur participatione sunt bona sed substantia. quoque uero substantia est bona. id quod sunt bona sunt. id quod sunt autem habent ex eo quod est esse. Esse igitur ipsoque bonum est. Omnium igitur rerum ipsum esse bonum est. Sed si esse bonum est. ea que sunt in eo quod sunt bona sunt. Idemque illis est esse quod bonum esse. Substantialia igitur bona sunt. quo non participant bonitati. quod ipsum esse in eis bonum est. non est dubium quin substantialia cum sint bona. primo sint bono similia. ac proinde. hoc ipsum bonum est. Nihil enim illi prestet se ipsum simile est ex quo fit. Vtrum omnia que sunt sint. quod dicere nefas est. Non sunt igitur substantialia bona. ac proinde. non in his est esse bonum. Non sunt igitur in eo quod sunt bona. sed nec participant bonitati. Nullo enim modo tenderent ad bonum. Nullomodo igitur sunt bona. Huic questioni talis poterit adhiberi solutio. Multa enim sunt que cum separari actu non possunt. Vtrum triangulum ut certa a subiecta materia nullus actus separat. mente tamen segregans ipsum triangulum propriaque et materia preter speculatur. A moueamus igitur primi boni presentia paulisper animo. quod esse quidem constat. Idque ex omnium doctorum indoc

1. ad dm.
2. Satis quidem cum magna cautela legenda sunt que secuntur. quia falsa argumenta. veris permixta sunt. que prudentem uidetur abinuicem segregenda sunt.
3. Sic omnium creaturarum bona est.
4. Omnia que sunt ex eo dicuntur descendere. quia abeo defluxerunt. bona sunt eo quod sunt. i. quod bona sunt.
5. Non tamen substantialiter. & ista dicendo. concludit vera.
6. Illud respicit quod premisit scilicet multa posse separari mente non autem a corpore.
7. Videlicet quod primum bonum sit. i. deus.